

compulit, qui neque tanti sceleris fuere conscii, neque probavere factum, imò illud fortassè vehementer execrati sunt? Sanè hoc modo in omnes Ammonitarum civitates sævisse dicitur, in quibus nemo dubitat fuisse plurimos, in quibus fuerat nihil, quod tam immani supplicio puniri debuerit. Sic, inquit, *fecit universis civitatibus filiorum Ammon*. Oportuisse dices ut aliquid ad posterum extaret exemplum expiatisceleris tam severo supplicio, ut sanctum habeatur ubique, et injuriâ tutum legatorum nomen. Sanè, si scelerati plectantur; sed quod in tantâ multitudine scelus in legatos? Certè multò posteris perniciosius fuit extare in Israele, atque ad eò in rerum naturâ tantæ crudelitatis exemplum, ex quo addita est audacia aliis fortassè plurimis, ut illud supplicii genus et typum non horrerent, imò regium putarent esse facinus, cum à rege susceptum et inventum viderent. Neque fortassè Azael, qui lib. 4 Reg. cap. 8, dissecuris dicitur prægnantes, illud facinus immane tentasset, nisi in Davide prius habuisset exemplar. Sanè Ammonitæ iidem, qui nunc à Davide malè vexati sunt, ut constat Amos cap. 1, dissecurerunt Galaaditides feminas, quod fieri posse, à Davide præeunte didicerant. Hoc quidem gravius fuit, et humano generi perniciosum magis, quàm violatæ legationis scelus esse impunitum. De hoc supplicio pluribus agimus in nostris Commentariis in cap. 1 Amos ad illud: *Eò quòd trituraverit in plaustris ferreis Galaad*.

Illud difficilium, quòd hoc inter Davidis scelera non numeratur, imò potiùs excluditur, dum tantum peccasse dicitur in Uriæ facto.

CAPUT XIII.

1. Factum est autem post hæc ut Absalom, filii David, sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

2. Et deperiret eam valdè, ita ut propter amorem ejus ægrotaret, quia, cum esset virgo, difficile ei videbatur ut quidpiam inhonestè ageret cum eâ.

3. Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valdè.

4. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo-

Huic objectioni, quæ sanè facilis non est, responderi potest, alia etiam peccata admisisse Davidem, extra factum Uriæ. Nam numeravit populum, propter quod gravem Israeli toti cladem invexit, infra cap. 24, et in hoc ipso tempore causa fuit, ut multi quorum salutem consulere debuerat, cum Uriâ caderent. Neque est improbable toto illo tempore, quo in peccato vixit, quod exiguum non fuit, ab interpellatâ Bethsabæe de adulterio, usque ad reprehensionem Nathan, alia multa peccasse, quæ tamen Scriptura sacra non commemorat; quia eo acciderunt tempore, quo è peccato adversus Uriam nondum emergerat: atque ideò hoc etiam appellari potuit *Uriæ sermo*, quia spatium illud totum sermo sibi vindicavit Uriæ; et peccatum illud nondum dimissum in alia plura languentem regis animum præcipitavit. Sic ergo cum hoc peccatum, ut supra dicebamus, in tempus illud incurreret, in quo propter Uriæ sermonem cæcus adhuc erat et præceptis Davidis animus, in eo sermone comprehendere potuit. Neque sine causâ, opinor, dictum est, non peccatum Uriæ, sed Uriæ sermo, id est, historia Uriæ, quia ad illum sermonem, seu historiam pertinet, quidquid contra religionem et legem sub illud tempus admissum est à rege. Cur in peccatis David supra non memoretur populus numeratus, dum ab illo censu peccatum non abfuerit, diximus supra lib. 1, cap. 25, ubi etiam diximus, cur aliud grave peccatum non numeretur, quod juxta multorum sententiam admisit David, dum statuerat Nabalem de Carmelo, et omnem illius familiam, dum privatas ulciscitur injurias, extinguere.

CHAPITRE XIII.

1. Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, aussi fils de David, laquelle était très-belle et s'appelait Thamar.

2. L'affection qu'il avait pour elle devint si excessive que cet amour le rendit malade, parce que, étant vierge et renfermée dans des appartements où les hommes n'avaient pas la liberté d'entrer, il paraissait difficile à Amnon de rien faire avec elle contre l'honnêteté.

3. Cependant Amnon avait un ami ingénieux, nommé Jonadab, fils de Semmaa, frère de David.

4. Jonadab dit donc à Amnon: D'où vient, mon prince, que vous maigrissez ainsi de jour en jour? pourquoi ne m'en dites-vous point la

5. Cui respondit Jonadab: Cuba super lectum tuum, et languorem similia; cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, et quasi ægrotare cœpit; cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus.

7. Misit ergo David ad Thamar in domum dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui; ille autem jacebat. Quæ tollens farinam commiscuit; et, liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat effudit et posuit coram eo; et noluit comedere, dixitque Amnon: Ejicite universos à me. Cumque eiecissent omnes,

10. Dixit Amnon ad Thamar: Infer ebum in conclave, ut vescar de manu tuâ. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

11. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait: Veni, cuba mecum, soror mea.

12. Quæ respondit ei: Noli, frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel; noli facere stultitiam hanc;

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israel: quin potiùs loquere ad regem, et non negabit me tibi.

14. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum eâ.

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, et vade.

16. Quæ respondit ei: Majus est hoc malum quod nunc agis adversum me quàm quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam;

cause? Amnon lui répondit: J'aime Thamar, sœur de mon frère Absalom.

5. Jonadab lui dit: Couchez-vous sur votre lit, et faites semblant d'être malade; et lorsque votre père viendra vous visiter, dites-lui: *Je suis entièrement dégoûté*. Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, pour m'apprêter à manger, et qu'elle me prépare quelque chose que je reçoive de sa main.

6. Amnon se mit donc au lit, et commença de faire le malade; et, le roi étant venu le visiter, il lui dit: Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, et qu'elle fasse devant moi deux petits plats, afin que je les prenne à manger de sa main; *car je suis extrêmement dégoûté*.

7. David envoya donc chez Thamar, et lui fit dire: Allez chez votre frère Amnon, et préparez-lui à manger.

8. Thamar étant donc venue, trouva son frère Amnon qui était couché. Elle prit de la farine, la pétrit et la délaya, et fit cuire le tout devant lui;

9. Et, prenant ce qu'elle avait fait cuire, elle le mit dans un vase et le lui présenta. Mais Amnon n'en voulut point *alors* manger, et dit: Qu'on fasse sortir tout le monde. Lorsque tout le monde fut sorti,

10. Amnon dit à Thamar: Portez dans mon cabinet ce que vous m'avez apprêté, afin que je le reçoive de votre main. Thamar le prit, et le porta à Amnon son frère dans le cabinet.

11. Et, le lui ayant présenté, Amnon se saisit d'elle, et lui dit: Venez, ma sœur, couchez avec moi.

12. Elle lui répondit: Non, mon frère, non. Ne me faites pas violence; cela n'est pas permis dans Israël; ne faites pas cette folie;

13. Car je ne pourrai porter mon opprobre, et vous passerez parmi tout le peuple pour un insensé; mais demandez-moi plutôt au roi en mariage, et il ne refusera pas de me donner à vous.

14. Amnon ne voulut point se rendre à ses prières; et, étant plus fort qu'elle, il lui fit violence, et abusa d'elle.

15. Aussitôt il conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus grande que la passion qu'il avait eue pour elle auparavant. Il lui dit donc: Levez-vous et allez vous-en.

16. Thamar lui répondit: L'outrage que vous me faites maintenant en me chassant est encore plus grand que celui que vous venez de

17. Sed, vocato puero qui ministrabat ei, dixit : Ejice hanc à me foras, et claude ostium post eam.

18. (Quæ induta erat talari tunicà ; hujuscemodi enim filia regis virgines vestibus utebantur.) Ejecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam.

19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissà talari tunicà, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens et clamans.

20. Dixit autem ei Absalom frater suus : Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum ? sed nunc, soror, tace (frater tuus est), neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

21. Cùm autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde, et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum ; oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam.

23. Factum est autem post tempus bienii ut tonderentur oves Absalom in Baal-Hasor, quæ est juxta Ephraim ; et vocavit Absalom omnes filios regis.

24. Venitque ad regem, et ait ad eum : Ecce tondentur oves servi tui ; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum.

25. Dixitque rex ad Absalom : Noli, fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, et gravemus te. Cùm autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei.

26. Et ait Absalom : Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non est necesse ut vadat tecum.

27. Coegit itaque Absalom eum, et dimisit eum eo Amnon et universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis.

28. Præceperat autem Absalom pueris suis dicens : Observate cùm temulentus fuerit Amnon vino, et dixerò vobis : Per-

me faire. Amnon ne voulut point l'écouter ;

17. Mais, ayant appelé celui qui le servait, il lui dit : Mettez-la hors d'ici, et fermez la porte après elle.

18. Thamar était vêtue d'une robe qui traînait jusqu'à terre, les filles des rois qui étaient encore vierges ayant accoutumé de s'habiller de la sorte. L'officier d'Amnon la mit donc hors de la chambre, et ferma la porte après elle.

19. Alors Thamar, ayant mis de la cendre sur sa tête et déchiré sa robe, s'en alla en jetant de grands cris et tenant sa tête couverte de ses deux mains.

20. Absalom, son frère, lui dit : Est-ce que votre frère Amnon a abusé de vous ? Mais, ma sœur, n'en dites rien, car c'est votre frère. Ne vous affligez point non plus de ce qui vous est arrivé, cette injure ne restera point impunie. Thamar demeura donc toute languissante dans la maison d'Absalom, son frère.

21. Le roi David, ayant appris ce qui s'était passé, en fut très-affligé ; mais il ne voulut point attrister Amnon, son fils, parce qu'il l'aimait, étant son aîné.

22. Absalom ne parla en aucune sorte à Amnon, ni en mal ni en bien, car il conçut contre lui une grande haine de ce qu'il avait déshonoré sa sœur Thamar.

23. Deux ans après, il arriva qu'Absalom fit tondre ses brebis à Baalhasor, qui est près de la ville d'Ephrem, dans la tribu d'Ephraïm ; et il invita tous les enfants du roi.

24. Il vint pour cela trouver le roi, et lui dit : Votre serviteur fait tondre ses brebis ; je supplie donc le roi de venir avec les princes chez son serviteur.

25. Le roi dit à Absalom : Non, mon fils, ne nous priez pas de venir tous pour vous incommoder. Et Absalom lui fit encore de grandes instances ; mais David refusa toujours d'y aller, et il le bénit.

26. Absalom lui dit donc : Si vous ne voulez pas y venir, je vous supplie au moins que mon frère Amnon, qui est votre aîné, vienne avec nous, comme pour tenir votre place. Le roi lui répondit : Il n'est point nécessaire qu'il y aille.

27. Néanmoins Absalom l'en conjura avec tant d'instances, qu'il laissa aller avec lui Amnon avec tous ses frères. Absalom leur avait fait préparer un festin de roi.

28. Or, il avait donné cet ordre à ses officiers : Prenez garde quand Amnon commen-

cutite eum, et interficite. Nolite timere, ego enim sum qui præcipio vobis ; roboramini, et estote viri fortes.

29. Fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt.

30. Cùmque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David dicens : Percussit Absalom omnes filios regis, et non remansit ex eis saltem unus.

31. Surrexit itaque rex, et scidit vestimenta sua ; et cecidit super terram, et omnes servi illius qui assistebant ei sciderunt vestimenta sua.

32. Respondens autem Jonadab, filius Semmaa fratris David, dixit : Ne æstimet dominus meus rex quòd omnes pueri filii regis occisi sint ; Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die quâ oppressit Thamar sororem ejus.

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens : Omnes filii regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est.

34. Fugit autem Absalom. Et elevavit puer speculator oculos suos et aspexit, et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adeunt ; juxta verbum servi tui sic factum est.

36. Cùmque cessasset loqui, apparuerunt et filii regis ; et intrantes levaverunt vocem suam, et flexerunt ; sed et rex et omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porrò Absalom fugiens abiit ad Tholomai filium Ammiud, regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.

38. Absalom autem cùm fugisset et venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39. Cessavitque rex David persequi Absalom, eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

cera d'être troublé par le vin ; et lorsque je vous en donnerai l'ordre, frappez-le et le tuez. Ne craignez point, car c'est moi qui vous le commande ; soyez résolu, et agissez en gens de cœur.

29. Les officiers d'Absalom exécutèrent donc à l'égard d'Amnon le commandement que leur maître leur avait fait ; et aussitôt tous les enfants du roi, se levant de table, montèrent chacun sur leur mule et s'enfuirent.

30. Ils étaient encore en chemin, lorsque le bruit vint jusqu'aux oreilles de David qu'Absalom avait tué tous les enfants du roi, sans qu'il en fût resté un seul.

31. Le roi se leva aussitôt, déchira ses vêtements, se jeta par terre, et tous ses officiers qui étaient près de lui déchirèrent leurs vêtements.

32. Alors Jonadab, fils de Semmaa, frère de David, prenant la parole, dit au roi : Que le roi mon seigneur ne s'imagine pas que tous les enfants du roi aient été tués ; Amnon seul est mort, parce qu'Absalom avait résolu de le perdre depuis le jour où il avait fait violence à sa sœur Thamar.

33. Que le roi mon seigneur ne se mette donc pas cela dans l'esprit, et qu'il ne croie pas que tous ses enfants aient été tués ; car Amnon seul est mort.

34. Cependant Absalom s'enfuit. Et celui qui était en sentinelle, levant les yeux, vit une grande troupe de monde qui venait par un chemin détourné de la montagne.

35. Alors Jonadab dit au roi : Voilà les enfants du roi qui viennent ; ce qu'avait dit votre serviteur s'est trouvé vrai.

36. Il n'eut pas plus tôt dit ces mots, qu'on vit paraître les enfants du roi. Et lorsqu'ils furent arrivés, ils commencèrent à jeter des cris et à pleurer, et le roi et tous ses serviteurs fondirent en larmes.

37. Cependant Absalom, ayant pris la fuite, se retira chez Tholomai, fils d'Ammiud, roi de Gessur, père de Maacha, sa mère ; et David pleurait son fils Amnon tous les jours.

38. Absalom demeura trois ans à Gessur, où il était venu se réfugier.

39. Et le roi David cessa de le poursuivre, parce qu'il s'était enfin consolé de la mort d'Amnon.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM POST HEC (1). Post mortem videlicet pueri, et Salomonem natum (nam Ammonitarum clades, et supplicium ante illud tempus, ut diximus, accide-

(1) UT ABSALOM FILII DAVID SOLOREM SPECIOSISSIMAM, VOCABULO THAMAR, ADAMARET AMNON FILIUS DAVID. Ergo erat Thamar soror Amnon agnata, puta ex eodem patre Davide, sed ex alia matre; Amnon enim natus erat ex Achinoam Jezraelitide. Eadem Thamar soror erat germana Absalomi ex eodem patre Davide, et eadem matre, scilicet Maachâ Tholmai filia regis Gessur, ideòque Absalom sororis suæ germanæ stuprum ultus est cæde Amnon fratris sui.

(Corn. à Lap.)
Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, qui était très-belle et qui s'appelait Thamar. Ce qui se passe maintenant dans la maison de David nous fera voir combien Dieu est véritable dans ses paroles et redoutable dans ses jugements. « Sa sagesse, comme remarque saint Augustin, garde toujours une admirable proportion entre le crime et la punition qu'il a méritée, afin que si la beauté du monde a été violée en quelque sorte par la laideur qui est inséparable du péché, elle soit réparée par l'ordre et par la justice qui éclate dans la peine dont il est suivi: *Ut nusquam adsit peccati decus sine decore vindictæ.* » Le crime de David avait été un adultère et un homicide. Il avait déshonoré et perdu une famille, en corrompant la femme, et en faisant tuer le mari; et Dieu permet que sa famille soit déshonorée par des crimes encore plus infâmes que celui qu'il a commis, et ensanglantée par des meurtres plus horribles que celui d'Urie. Le frère viole sa sœur. Le frère ensuite assassine le frère. Le fils se soulève contre le père. Il révolte tout son peuple contre lui; et il fait tous ses efforts pour lui ravir la couronne avec la vie. Tous ces crimes sont liés l'un à l'autre, et se succéderont dans la suite de cette histoire. Nous allons voir dans ce chapitre celui qui est comme le premier anneau de cette longue chaîne de désordres et de maux, qui sont tombés sur la maison de David pour venger le sang d'Urie.

Amnon aime sa sœur d'un amour impur. Il étouffe dans lui ce sentiment que la nature imprime aux impies mêmes, et aux hommes les plus déréglés, qui les porte à respecter une sœur, et qui fait que leurs yeux sont chastes en la regardant, quoiqu'en d'autres rencontres ils ne le soient pas. Ce jeune prince brûle de ce feu détestable que le démon avait allumé dans son cœur. La passion de l'âme agit sur le corps, et dans cette langueur nouteuse dont la cause était inconnue, il trouve un médecin aussi criminel que sa maladie. Jonadab, qui était son cousin-germain, étant fils de Semmaa, frère de David, aimait particulièrement Amnon, et était aimé de lui. Il lui demande la cause de cette maigreur qui paraissait sur son visage. Et l'ayant apprise, il lui conseille de faire le malade, et de demander à David qu'il lui envoie sa sœur Thamar, pour le servir. Amnon embrasse ce conseil qui était si con-

rat), ut reipsâ experiretur David minaci vaticinio Nathan quantum inesset ponderis, accidit ut Amnon primogenitus David Thamar Absalomis sororem deperiret; qui amor incestuosus et ardens magnum in Davidis familiâ excitavit incendium. Quomodo autem suo voto sit potitus, remque privatam et publicam turbaverit Amnon, multarumque seditionum semina sparserit, audiamus.

VERS. 2. — ET DEPERIRET EAM VALDE, ITA UT PROPTER AMOREM EJUS ÆGROTARET. Nulla sunt vincula, nulla cognatio, aut pudor, nulla fides, atque religio, quæ non transgrediatur, et rumpat inhonestus amor, qui neque novit parere frenis, neque naturæ, aut altioris potentia legibus coerceri. Multa legimus in fabulis, multa in historiis antiquis, quæ existimantur veræ, quæ hoc, quod habemus in manibus, tam audax quam incestuosum facinus facit verisimilia. Erat filius regis, quem non decebat quicquam tentare, imò neque cogitare non ingenuum; et regis filia, eademque soror, quam vel curiosis oculis spectare non licebat. Sed viciit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, et regii sanguinis communionem improbitas. Sic enim Amnon amavit sororem Thamar, ut deperiret illam, id est, à se ipso videretur alienus, et in se mortuus, quia in illâ vivebat: ea enim amoris vis est, ut in suo moriatur corpore, et in alieno vivat, qui verè amat. Quare qui Deum amat, in Deo

formé à la fureur dont il était possédé, et il se met en état de l'exécuter.

L'Écriture dit ici que Jonadab était fort prudent. Il y a une véritable et une fausse prudence, mais, quoiqu'elles soient aussi différentes que la lumière l'est des ténèbres, le Saint-Esprit, qui imite en ce point le langage des hommes, leur donne souvent un même nom. La prudence véritable se trouve dans ceux qui, ayant le cœur droit et l'intention pure, choisissent avec une grande sagesse tous les moyens qui les peuvent conduire à la fin qu'ils se proposent, qui est de plaire à Dieu uniquement, et de le servir. La fausse prudence, au contraire, se trouve dans ceux dont l'esprit et le cœur est corrompu, et qui ne pensent qu'à satisfaire leurs passions, mais qui ont en même temps une adresse et une lumière naturelle pour lever tous les obstacles qui se présentent à eux, et qui savent si bien tendre à leurs fins par toutes sortes de moyens justes ou injustes, qu'ils viennent à bout de tout ce qu'ils ont résolu de faire. C'est en ce sens que l'Écriture en cet endroit attribue la prudence à Jonadab. Il avait de l'esprit pour donner un conseil proportionné à la fin même la plus criminelle que l'on aurait pu se proposer, et il était sage pour faire le mal. (Sacy.)

vivit, et unus quodammodo spiritus fit cum eo qui amor felix est, et nobilis, qui nos quodammodo divinos esse facit: ille alter, qui humanam amat venustatem, planè infortunatus, et vilis, qui cordis sui inestimabile pondus ad res inclinat, quæ neque acquiri possunt sine molestiâ, neque sine pudore, atque infamiâ possideri. Ille porrò amor sic affectit infelicem illum adolescentem, ut non solum animo, sed etiam corpori ægritudinem pareret. Quòd autem amor, si vehemens est, languorem corporibus inducat, et testantur antiqua monumenta, et ipsa docet quotidiana experientia, ut à medicis non semel audivimus. Sanè Antiochus Seleuci filius, ut auctor est Valerius lib. 5, c. 7, et Appianus in Syriacis, in morbum incidit natum ex Stratonice novercæ amore vehementi, quem ingenuo quodam pudore aperire non audebat. Talem vim et morbum, licet in materiâ longè dissimili, patiebatur Sponsa, dum Cant. cap. 2, ex amore dicebat languorem esse contractum. Vide quæ nos ad hunc Canticorum locum. Vide item Gregorium libro 4 Moral. cap. 3, et lib. 3 Dialog. cap. 30. De quo morbo amoris multa Abulensis in hoc caput q. 19.

VERS. 3. — ERAT AUTEM AMNON AMICUS NOMINE JONADAB. Hinc jam se prodit causa illius mali, quæ tot in Israele tragedias excitavit. Habebat Amnon amicum, et usu sibi, et generis communionem conjunctum, nomine Jonadab; hic in Amnonis facie contemplabatur maciem, quæ magis in dies singulos attenuabat adolescentem, neque tantam mutationis causam agnoscebat, quia pudor illi aperiendi morbi facultatem abstulerat, qui prudens erat valdè, sed eâ prudentiâ, quæ non est secundum Deum, quæque potius debet appellari calliditas. Sapiens hoc loco dicitur Jonadab, ait Theodoretus q. 29, non eâ sapientiâ, quæ virtus est; sed illâ, quæ astuta meditatatur consilia, quæque in rebus non tam honestatem, quam voluptatem, aut utilitatem intuetur. Quo sensu Gen. 3, serpens dicitur sapientissimus omnium bestiarum, quæ sunt super terram. Neque hic Scriptura sacra sapiens vocat consilium, sed ingenium Jonadab; neque enim quisquam in eo consilio prudentiam inveniet, sed calliditatem impudentissimam. Hic igitur seiscitatus morbi causam, didicit amari ab illo sororem Thamar, cum quâ habere conjunctionem, et consuetudinem, quam lex permittit et pudor, desperabat, quia neque ullus se ad tantum facinus aperiens aditus, cum Thamar virgo esset, et clausa, ut ferebat eo tempore virginis pudor; neque sibi putabat

impunitum fore, si tantum facinus unquam esset aggressus. Cui Jonadab callidè magis, quam prudenter et sanctè, consilium dedit sanè perniciosum, in quo plus esset calliditatis, et audaciæ, quam prudentiæ. Monet enim, ut morbum simulet, alium nempe, quam quem ex amore patiebatur; et cum ad invisendum ægrotum filium pater amans accederet, ab illo rogaret, ut soror Thamar sibi assideret ægrotanti, et cibos pararet morbo, quem tunc patiebatur, opportunos. Quod ut cogitabat Jonadab, ita annuente rege factum est. Venit enim Thamar, et præparavit cibos, quos laboranti fratri magis existimabat idoneos. Quam occasionem non putavit Amnon esse prætermittendam; quare dimissis aliis, qui laboranti aderant, illam de stupro audacter interpellat, et reluctantem cogit ignominiam illam et ludibrium subire. Hæc omnia aperta sunt, neque aliquid occurrit, quod illustrari oporteat commentationis luce (1).

(1) VERS. 5. — FACIAT PULMENTUM, UT COMEDAM DE MANU EJUS. Hebræus et Septuaginta: *Faciat in oculis meis cibum, propter quod videam, et comedam.* Nauseam ciborum omnium sibi paratorum simulavit, poposcitque ut aliquid manu Thamaris paratum sibi exhiberetur. Cum tamen mitti ad se posset paratus cibis à conclavi sororis, petit, ut coram se veniat soror, quam cibum conficientem intueatur, et degustare illum possit. (Calmet.)

VERS. 6. — FACIAT IN OCULIS MEIS DUAS SORBITUNCULAS, vel duas potiones liquorum, vel juris carnum. Hebræus ad litteram: *Duo cordialia*, Chaldaeus: *Duas placentas.* Septuaginta: *Δύο κολλυρίδας; Duas collyridas tenues, seu duas pastillos.* Vox originalis derivatur à radice, quæ cor significatur; quare reddendum censuimus *cordialia*. Fortè tamen præstat vertere, *duo pharmaca*, quibus stomachus recreatur, vel potius quibus gustus provocatur. Narrationis enim series docet, Thamar confecisse panem, quem ex oleo frixit. Genus erat quoddam collyridæ delicatissimæ apud Græcos, cui nomen *Collabos*, voce satis affini Hebræo *Lebaboth*, vel *Lebabos*. Nostris moribus insuetum planè esset ac novum feminam principem cibos parantem, ac panes conficientem spectare; sed longè alii erant veterum mores. Sara ipsa per se cibos parat, conficitque panem hospitibus; et Macedonum regina, regis Perdicæ uxor, suis ipsa manibus tamen in usum domesticorum subigebat. (Calmet.)

VERS. 9. — TOLLENS QUOD COXERAT, EFFUDIT, ET POSUIT CORAM EO. Hæc et præcedentiâ Vulgatæ verba liquidum quid, vel embammatis aut pulmenti genus innuunt. Sed Hebræus exprimit potius placentam vel panem; aliquid, cujus materies erat farina: *Cepit conspersionem*, ait Scriptura, et conspersit, et lagana fecit in oculis ejus, et coxit, et cepit sartagine, et effudit ad facies ejus. Plura laganorum genera, quæ in sartagine frigeantur, in Levitico animadvertimus. (Calmet.)

VERS. 10. — INFER CIBUM IN CONCLAVE. His innui verbis videtur, Amnonem à lecto surre-